



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita, Et Gestis S. Francisci Xaverii È Societate Iesv
Indiarvm Apostoli Libri Qvatvor**

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1666

Nobilissime Domino, D. Dominico De Ponsaimpierre, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-10854



NOBILISSIMO DOMINO,
D. DOMINICO
DE PONSAIMPIERRE.

Lugdunensium Exconsuli, & commercij
Gallici apud Orientales Indos meritissimo
Directori, &c.

ESTIMONIVM fuit tuæ
apud populum gratiæ, &
sapientiæ, (vir Nobilissime) pur-
pura consularis, quam tibi Lu-
gdunum pro tuis ingentibus
meritis propensissimo studio nu-
per contulerat : sed præconium
est tuæ apud Regem existima-
tionis, & prudentissimæ scler-

ā 2 . tix

E P I S T O L A.

tiæ , quod tibi, & coram , & sæ-
piùs humanissimè audito , mul-
tisque pridem in rebus perspe-
cto, Societatem commercij Gal-
lici apud Indos, Lugdunensium
nomine regendam credidit. Cu-
ris itaque vrbani per legitimi-
mum biennium honorificè de-
functus , in alias curas suffragio
Regio lectus es, & transcriptus;
sed eò prioribus grauiores, quòd
omnes euentus, (ex quibus fere
homines cuncta metiuntur) ha-
bent è mari ventisque suspensos;
violentissimis, inquam, & perfi-
diosissimis commerciorum mi-
nistris , & dominis. Quare ex
mea veteri erga te, singularique

obseruan

E P I S T O L A.

obseruantia facturum putaui,
sitibi Patroni tutelam deferrem,
cuius arbitrio Deus ventos , &
maria subderet ; Is verò est S.
Franciscus Xauerius , supre-
mo Ecclesiæ Oraculo Indiarum
Apostoli cognoméntum ; In-
dorum consensu Magni Partis
nomen consecutus. Hunc tibi
repræsentat hic liber , nauigan-
tium ad Indos, non æternis mo-
dò, sed temporariis etiam ratio-
nibus , potenter , ac mirabiliter
consulentem ; tempestatum ,
cælique adeò ipsius in eorum
gratiā, iras & exitia , frangen-
tem, ac vel vnâ sui depictâ ima-
gine, malo nauium affigi solita,

E P I S T O L A.

toti Oceano eiusque casibus dominantem. Hinc certo confido, fore ut tuæ commissa fidei transmarina negotiatio, portus, auras, cœlum, fluctus & omnia experietur secunda, & prospera; nec enim dubito Christianam tuam in tantum Patronum pietatem, Regi Christianissimo, & Regno suas prudentiæ, & vigilantiæ operas nauantem, successus commodos, exitusque felices, de illius tutela ducturam, quos tibi votis omnibus à Deo, & sperat, & flagitat,

Lugd. 1. Oct. 1665.

*Obsequentiſſimus & Addictiſſimus
Seruus, L V D. I A N U Y S.*